



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &  
Generaliora**

**Possevino, Giovanni Battista Bernardino**

**Coloniæ Agrippinæ, 1645**

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42220**

nisque, cuius est pœnitens, communiter perpetuare solent.

In peccatis vero luxuriæ, summam animi soleritiam cum pari circumspetione verborum debet usurpare. Itaq; cùm in ijs speciem peccati, & circumstantias, quæ multum prægrauant illud, satis intellecterit, ulterius nihil studeat inquirere: in hunc finem circumstantię, quæ peccati speciem ab una in alteram mutant, vel id plurimum deprimunt, plenè perfectèq; à Confessario sciri debent; quandoquidem hæ duæ circumstantiarum species necessario inter contendum explicandæ sunt; ideoque ad Summas recurrendum erit, in quibus pleruinq; hoc versu illæ continentur:

*Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.*

Præ cæteris tamen prouidus, cautusque sit opportet, ac modum congruentem sciat, quo pueri ac puellæ interrogentur, ne forte, quæ prius ignorabant, eos doceat: verbis autem adeo commodis interrogationes suas circumloqui nitatur, ut pœnitentis animus non offendatur: quin etiam dum aurem admouet alicuius confessio ni audiendæ, caueat omni modo peccati gravitatem à se auditum, gestu corporis, vel nutu capitum circumstantibus prodere, vel etiam pœnitentem ita terrefacere, ut propterea aliud graue peccatum subtileat, imò animum ei addat, ut omnia, quantumvis enormia, & turpia peccata aperire non vereatur.

*Mutatio votorum quomodo facienda.*  
Confessarius, qui priuilegium aliquod, facul-

F f 3

tatem